



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

4. An congruat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

P. Bernardini voluntate stant : tum quia admodum paucos ejus commutationis fama perveniet ; Vt quid enim tam per multos evulgare necesse sit ?

30. **F**inis impoſitus, tam eſſet huic quaſtioni, niſi illud vellem non prætermittere. Aſſero enim mihi ſatis probabili fieri, P. Bernardinum cõmunicaſſe quidem poteſtatem commutandi ſuum pium iuramentum P. Provinciali: ſed illam à ſe non abdiçaſſe: quod idem eſt, atque aſſerere, non privative, ſed cumulative P. Provinciali conceſſiſſe; ex quo ſequitur, P. Bernardinum ex ſe poſſe, cum commutatione facere, atque, ſi ipſe præveniat Patrem Provinciale, prævaliturum ſuam commutationem: ut accedit in ſimilibus eadem poteſtate ſuævenibus, in quibus datur locus præventioni, &c.

31. Ducor ad id affirmandum, quia verba allata n. 2. Hæc sunt: *Dat. & dedit omnem potestatem, & auctoritatem valentis commutare, &c.* ad hæc verba significant quidem eam potestatem datam fuisse P. Provinciali sed non ablatam ab ipso P. Bernardino: id quod significatum fuisset, si adfuerit hæc similis verba: *Abdicavit, se privavit eam facultate, ei renuntiavit, &c.* quorum verborum, vel similium, nec umbra quidem apparet in P. Bernardini dispositione.

32. Secundò, quia pari modo Episcopus, v. g. vel Delegatus à Principe ad universitatem causarum, qui alium subdelegare potest, *c. fin. de off. deleg. inie. & c. cum causam, de app. iud. c. ad iudiciis*, vel Prælatus quicumque regularis; communicant quidem subinde suam aliquam auctoritatem Vicario, Subdelegato, Confessario Monasterij vel conventus: & non raro addunt se concedere totam suam auctoritatem ad agendum, ad dispensandum, ad absolvendum: at non propterea suam potestatem ab eis delegant, vel renuntiant. Ita Ergo videtur in casu nostro.

33. Tertiò, quia juramentum, cum sit lex privata, quam sibi indicij jurans, est interpretandum ita, ut minus, quam possit præjudicet juranti, nisi contrarium expresse de ejusdem jurantis intentione constet. Cum ergo expresse non constet de intentione P. Bernardini, quæ voluerit facultatem commutandi suum juramentum in melius omnino, se renuntiare; præsumendum est nequaquam renuntiassse, sed eam sibi retinuisse. Quod autem juramentum, servata proprietate verborum, sit ita interpretandum, ut quando minor potest, obligatio inducatur, quia semper præsumitur jurans minus voluisse suæ libertati nocere; est doctrina nimis vulgaris; & potest videri apud Abbatem, Sylvest. Suar. alioque apud Cast. 3, tr. 1. §. 1. de jur. p. 14. lege etiam Laym. lib. 4. c. 3, n. 4.

34. Necque te scrupulis commoveat quasi non poterit P. Bernardinus eam facultatem nominandi, eligendi, & commutandi sibi post professionem, retinere, potuisse enim discere ex dictis per similem occasionem à Castr. t. 3. tr. 16. d. 4. p. 1. §. 5. i. n. prae. t. 2. de Lugo rom. 1. de iust. d. 4. sect. 6. n. 111. quos, si est otium, lege, nam nobis id sumus persequi opus non est.

35. Summa igitur hujus Consilii est, P. Provinciale
posse validè, licitè, & congruenter legatum de mon-
achandis puellis, in subsidium Missionum transferre: ac
probabile esse, idem posse fieri ab ipso P. Bernardino, nisi
is eam potestatem à se abdicare expressè intenderit, quan-
do eam cum juramento P. Provinciali communicavit.

Laus Deo, Beatissima Virgini, ac Beato Aloysio.

LIBER